

**INTROIT Psalms 12: 6**

Dómine, in tua misericórdia sperávi: exultávit cor meum in salutári tuo: cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi. (Ps 12: 1) Usquequo, Dómine, oblivísceris me in finem? usquequo avértis fáciem tuam a me? Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dómine, in tua misericórdia sperávi: exultávit cor meum in salutári tuo: cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi.

**COLLECT**

Deus, in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatióibus nostris: et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxiliúm grátiaæ tuæ; ut in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actióne placeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE 1 John 4: 8-21**

Caríssimi: Deus caritas est. In hoc appáruit caritas Dei in nobis, quóniam Fílium suum unigénitum misit Deus in mundum, ut vivámus per eum. In hoc est caritas: non quasi nos dilexérimus Deum, sed quóniam ipse prior diléxit nos, et misit Fílium suum propitiatiónem pro peccátis nostris. Caríssimi, si sic Deus diléxit nos: et nos debémus altérutrum dilígere. Deum nemo vidit umquam. Si dilígámus ínicem, Deus in nobis manet, et caritas ejus in nobis perfécta est. In hoc cognóscimus, quóniam in eo manémus et ipse in nobis: quóniam de Spirítu suo dedit nobis. Et nos vídimus et testificámur, quóniam Pater misit Fílium suum Salvatórem mundi. Quisquis conféssus fúerit, quóniam Jesus est Fílius Dei, Deus in eo manet et ipse in Deo. Et nos cognóvimus et credídimus caritati, quam habet Deus in nobis. Deus caritas est: et qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo. In hoc perfécta est caritas Dei nobíscum, ut fidúciam habeámus in die judicii: quia, sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate: sed perfécta caritas foras mittit timórem, quóniam timor poenam habet. Qui autem timet, non est perféctus in caritate. Nos ergo dilígámus Deum, quóniam Deus prior diléxit nos. Si quis díxerit, quóniam dilígo Deum, et fratrem suum óderit, mendax est. Qui enim non dilígit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quómodo potest dilígere? Et hoc mandátum habémus a Deo: ut, qui dilígit Deum, dilígat et fratrem suum.

**GRADUAL Psalms 40: 5, 2**

Ego dixi: Dómine, miserére mei: sana ánimam meam, quia peccávi tibi. Beátus, qui intélligit super egénum et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

**LESSER ALLELUIA Psalms 5: 2**

Allelúja, allelúja. Verba mea áuribus pércipe, Dómine: intéllige clamórem meum. Allelúja.

**GOSPEL Luke 6: 36-42**

In illo témpore: Dixit Jesus discíplulis suis: Estóte misericórdes, sicut et Pater vester misericors est. Nolíte judicáre, et non judicabímus: nolíte condemnáre, et non condemnabímus. Dimittite, et dimittémini. Date, et dábitur vobis: mensúram bonam et confértam et coagitáram et supereffluéntem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensúra, qua mensi fuéritis, remetiétur vobis. Dicébat autem illis et similitúdinem: Numquid potest cæcus cæcum dúcere? nonne ambo in foveam cadunt? Non est discipulus super magistrum: perféctus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus. Quid autem vides festúcam in óculo fratris tui, trabem autem, quæ in óculo tuo est, non considéras? Aut quómodo potes dícere fratri tuo: Frater, sine, ejíciam festúcam de óculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypócrita, ejice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspícies, ut edúcas festúcam de óculo fratris tui.

**OFFERTORY Psalms 5: 3-4**

Inténde voci oratiónis meæ, Rex meus et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.

**SECRET**

Hóstias nostras, quæsumus, Dómine, tibi dicátas placátus assúme; et, ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsidiúm. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Psalms 9: 2-3**

Narrábo ómnia mirabília tua: lætábor et exultábo in te: psallam nómini tuo, Altíssime.

**POSTCOMMUNION**

Tantus, Dómine, repléti munéribus: præsta, quæsumus; ut et salutária dona capiámus, et a Tua nunquam laude cessémus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O Lord, I have trusted in Thy mercy. My heart shall rejoice in Thy salvation; I will sing to the Lord, Who giveth me good things. (Ps. 12:1) How long, O Lord, wilt Thou forget me unto the end? how long dost Thou turn away Thy face from me? Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. O Lord, I have trusted in Thy mercy. My heart shall rejoice in Thy salvation; I will sing to the Lord, Who giveth me good things.

God, the strength of them that hope in Thee, graciously be present with us when we invoke Thee, and, because mortal infirmity can do nothing without Thee, grant us the assistance of Thy grace that, in executing Thy commands, we may be pleasing to Thee both in our desires and in our deeds. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, God is charity. By this hath the charity of God appeared toward us, because God hath sent His only-begotten Son into the world, that we may live by Him. In this is charity; not as though we had loved God, but because He hath first loved us, and sent His Son to be a propitiation for our sins. My dearest, if God hath so loved us, we also ought to love one another. No man hath seen God at any time. If we love one another, God abideth in us and His charity is perfected in us. In this we know that we abide in Him, and He in us; because He hath given us of His spirit. And we have seen and do testify, that the Father hath sent His Son to be the Savior of the World. Whosoever shall confess that Jesus is the Son of God, God abideth in Him, and he in God. And we have known, and have believed the charity which God hath to us. God is charity: and he that abideth in charity abideth in God, and God in him. In this is the charity of God perfected with us, that we may have confidence in the day of judgment: because: as He is, we also are in the world. Fear is not in charity, but perfect charity casteth out fear: because fear hath Pain: and he that feareth is not perfected in charity. Let us therefore love God, because God first hath loved us. If any man say, I love God, and hateth his brother, he is a liar. For he that loveth not his brother whom he seeth, how can he love God, Whom he seeth not? And this commandment we have from God, that he who loveth God love also his neighbor.

I said: O Lord, be Thou merciful to me: heal my soul, for I have sinned against Thee. Blessed is he that understandeth concerning the needy and the poor: the Lord will deliver him in the evil day.

Alleluia, alleluia. Give ear, O Lord, to my words; understand my cry. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples:

Be ye merciful, as your Father also is merciful. Judge not, and you shall not be judged. Condemn not, and you shalt not be condemned. Forgive, and you shall be forgiven. Give, and it shall be given unto you: good measure, and pressed down, and shaken together, and running over, shall they give into your bosom. For with the same measure that you mete withal, it shall be measured to you again. And He spoke also to them a similtude: can the blind lead the blind? do they not both fall into the ditch? The disciple is not above his master: but every one shall be perfect if he be as his master. and why seest thou the mote in thy brother's eye: but the beam that is in thine own eye thou considerest not? Thou hypocrite, cast out first the beam out of thine own eye: and then thou shalt see clearly to pull out the mote from thy brother's eye.

Harken to the voice of my prayer, O my king and my God: for to Thee will I pray, O Lord.

We beseech Thee, O Lord, graciously receive our offerings devoted to Thee, and grant that they may profit us for perpetual help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I will relate all Thy wonders, I will be glad and rejoice in Thee; I will sing to Thy name, O Thou most high.

Filled with so great offerings, O Lord, we beseech Thee to grant that we may both lay hold upon Thy salutary gifts and never cease from praising Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.